

1.
2.
3.
y
5.
6.
7.
8.
9.



1665

1. Bornius, Jacobus: Disputatio II de universum jus
jurisprudentiam commune et Saxonicam.
2. Bornius, Jacobus: De gerada.
3. Sedolt, Amatus: De furto eorum rerum, quae
maris levandae causa efficiuntur.
4. Sedolt, Amatus: De injusvocatione seu
citatione.
5. Kuehlerius, Georgius Gustav: De lege regia.
6. Kuehlerius, Georgius Gustav: De delictis inno-
minatis.
7. Loescher, Caspar: De probatione rerum dubiarum
per ignem facta.
8. Norius, Johann Inesius: De senatusconsulto Macedo-
niano.
9. Norius, Joh. Inesius: De pecunia latissime colla-
tanda.

1665

10. Noricus, Johann Smetus: Privilegium competentiae
11. Noricus, Johannes Smetus: De reductione ad arti-
cium boni viri
12. Romanus, Franciscus: De praesuratoribus in specie
13. Schneidendorfferus, Bartholomaeus Leonhardus: De cond-
tionibus. 2 Ampl.
15. Schneidendorfferus, Bartholomaeus Leonhardus: De
emphyteusi
16. Schneidendorfferus, Georgius Tobias: De cura.
17. Simon, Joh. Georg: De delictis immunitatis
18. Thomarius, Tacitus: De patria potestate
19. Thomarius, Tacitus: De stultis ethnicis circa jurand-
adverbia fugiendo

ti

i

7

u

UNIVERSUM
 DIARUM COMMU
 NIS
 SUPERIORUM
 DE
 D. JACOBO BORNIO
 SOLENNITER DEFENDET
 PHILIPPUS



1. ...
 2. ...
 3. ...
 4. ...
 5. ...
 6. ...
 7. ...
 8. ...
 9. ...
 10. ...
 11. ...
 12. ...
 13. ...
 14. ...
 15. ...
 16. ...
 17. ...
 18. ...
 19. ...



12744.

14136.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
IN JUS VOCA-
TIONE
feu
CITATIONE,

Quam
D. T. O. M. A.
Consensu Magnifici Jctorum ordinis
SUB PRÆSIDIO

VIRI
Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Ex-
cellentissimi

8

DN. AMADEI ECKOLTS,

Phil. & J. U. D. ac Prof. P. Facult. Jurid.
Assessoris

Dn. Patroni, Præceptoris ac Promotoris sui sum-
mo honoris & observantia cultu at atem prosequendi
publico Examini sistit

THEODORUS Werner Annæb,
A. & R.

ad diem 16. Martij. Ao. M. DC. LXV.

In Auditorio Jctorum Petrino.

LIPSIÆ
LITERIS JOHANN - ERICI HAHNII,

DISPUTATIO
DE
MAGNITUDINE
TERRAE
MAGNETICAE
A
D. AMAD. B. G. O. L. T. S.
LITENS JOHANN. LUDW. HANKE





IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI



Xemplo Sacratissimi Imperatoris nostri
ad omnia consilia omnesq; actus est pro-
grediendum *l. 2. C. de offic. Praef. Prat. Afr.*
Benè namq; universa geruntur ac compe-
tenter, si rei principium fiat decens ac
amabile Deo. *Nov. 6. in pr.* cujus sine be-
neficio nihil nos dignum agere cognoscimus
l. i. d. t. C. de off. P. P. Af. Minimè ergò confidamus ingenio
nostro, sed omnem spem ad solam referamus Providentiam
summæ Trinitatis, unde & mundi totius elementa proces-
serunt & eorum Dispositio in orbem terrarum producta
est: *Const. de concept. Dig.* Ut igitur benignissimum Nu-
men conatus hosce meos secundet ac prosperet, & labori-
bus meis benignè annuat, contendo ab eo devotissimâ pre-
ce; Quo Autore & Adjutore esto

THES. I.

Origo Citationis à jure naturæ pro manat *a* atq; maxi-
mè distabat olim ab in jus vocatione. *b.* Hodie verò quia
cum illâ passim confunditur, *c.* definitur, quòd sit actus
judicialis *d.* quo is quem iudicio sisti opus est *e* iudicis au-
toritate *f.* petente Actore *g.* in locum iudicii vocatur, li-
tis suscipiendæ causâ.

A. quia defensionis est species. *clem. pastoralis. §. cæterum. 2.*
de sent. & re jud. quæ à jure naturali provenit *d.* *Clement.* qua ratio-
ne nec Princeps quidem citationem regulariter de plenitudine
suæ potestatis impedire potest. *Gail. 1. obs. 75. n. 9. VVurmbf. tit. 6.*
obs. 10. ne aliàs Processus vitietur. Processus n. ipso jure nullus est
omissâ citatione *Gail. 1. obs. 48. n. 2. König Pr. c. 24. in pr. Carpz. in*

A 2

Proc.



Proc. tit. 7. art. 1. n. 6. quippe quæ principium & fundamentum est
 iudicii *S. f. Inst. de pœn. tom. litig. c. 20. de off. deleg. quod & adfirmat Se-*
reniss. El. Sax. in ord. Proc. jud. tit. 4. in pr. ideo etiam in summariis &
 notoriis illâ opus est. *Gail. d. obs. 48. Myns. 2. obs. 97. in pr. Bach. in*
comm. disp. 4. § 8. de in ius voc. Gomez. resol. jur. tom. 3. c. 1. n. 43. 44.
de delict. Zang. de except. p. 1. c. 2. n. 8. & seqq. Carpz. in proc. tit. 7. art.
1. n. 10. Hahn ad VV es. de in ius voc. n. 6. Struv. in Synt. jur. civ. Exerc. 5.
§. 10. Vix enim potest esse tanta notorietas, ut omnem exceptio-
 nem præsertim quæ in facto consistit, excludat, *Bach. ad VV es. n. 13.*
de in ius voc. contra inauditam partem verò aliquid definire non
 possumus. *Senec. in Med. 199.* siquidem res certa negatione fit du-
 bia, & jus vacillare facit *l. 3. C. quib. ad libert. procl. non lic. l. 19. C. de*
b. fid. inst. l. 10. C. de adq. poss. b. Distabat ferè in his: (1) In ius vo-
 catio erat ad Magistratum aut Prætorem coram tribunali seden-
 tem vocatio; Citatio ad Judicem datum seu pedaneum vocatio.
 (2) In ius vocatio juris experiundi; citatio super facto litigandi
 causâ fiebat. *Vult. Disc. schol. c. 1. p. 16.* (3) In ius vocatio ut plurimû
 ab ipso actore expediebatur, quandoq; etiam ab apparitoribus,
 mandato tamen sive Magistratûs s. actoris interveniente. *Vult. d.*
c. 1. p. 17. Robert. 3. sent. 1. Citatio nunquam nisi per apparitores.
 (4) Actor Reum obtorto collo in ius vocare poterat, siquidem
 ire nolebat. *Cujac. 7. obs. 16. 10. obs. 10.* Contra obtinet in citatio-
 ne, neq; enim illa hodie modo violento perficitur. *plura ap. Vult.*
c. disc. schol. c. 1. & 2. invenies. c. mutatâ scil. veteri procedendi rati-
one. Bach. de in j9 voc. n. 3. Franz. eod. n. 20. & 22. & quia maxi-
d. apparebat, hic diutius immorandum esse non puto. *d.* quia
 maximè expeditur in iudicio. Actor enim implorat auxilium judi-
e. cis, qui citationem nuntio committit &c. *de quo §. 6. e.* Hæc ver-
 ba loquantur generaliter & omnes comprehendunt, quorum in-
 terest, *de quo §. 4.* quod enim omnes simpliciter tangit, ab omni-
f. bus est comprobandum *l. f. C. de aut. præst. c. 29. de R. I. in 6. f.*
vid. infr. §. 6. lit. a. g. nullius enim erit momenti, si non ad instan-
g. tiam partis citationem iudex decernat *v. §. 5. lit. b.*

THES. II.

Citatio alia est realis *a.* alia verbalis *b.* alia Dilatoria
c. alia peremptoria. *d.*

A. Quæ

A. Quæ à nullis aliis quàm à majoribus Judicibus mixtum
 factum imperium & ordinariam jurisdictionem habentibus com-
 mitti potest, & fit manus injectione & corporis s. personæ ob
 delictum admissum non modicè suspectæ apprehensione *Gail. 1. obs. 48. n. 12. VVes. in par. de in jus voc. Struv. in synt. jur. civ. Ex. 5. §. 12.* & regulariter locum non habet in causis civilibus *Struv. d. l. nisi si Reus de fugâ sit suspectus Gail. d. obs. 48. n. 14. & 2. obs. 44. in pr. Berlich. p. 1. concl. 73. n. 23. & seq. vel si comparere nolit. l. 8. C. qm. & qn. jud.* Nec de jure civili realiter citari possunt Mulieres *Nov. 134. c. 9. auth. hodie novo jure C. d. custod. reor. auth. sed hodie C. d. offic. div. jud. Pupilli. l. 22. de in j9. voc. Milites in expeditione, Clerici, Doctores, vel Professores Academiârû unâ cum uxore & liberis. l. 6. C. de Prof. & Med. Gail. d. obs. 48. n. 14. 15. 16. Vult. 2. Jurispr. Rom. 28. n. 49. & seqq.* quæ doctrina tamen hodie cessat, & omnes indifferenter de delicto admissio satis probabiliter suspecti capi possunt, hac tamen observatione, ut carcer sit tolerabilis, non horribilis subterraneus & immundus *l. 1. C. de cust. reor. P. N. D. art. 11. §. und ist dabey sonderlich zu mercken & art. 218. §. So werden auch an vielen ic. nisi delicti gravitas & atrocitas aliæq; circumstantiæ aliud suadeant. Carpz. pr. crim. p. 3. q. 111. n. 39. usq; ad n. 54. b. quæ fit vivâ voce aut literis, Schneidvv. in Inst. §. 5. ult. ad tit. de pan. tem. litig. & subdistingui potest in Ordinariam & Extraordinariam s. Edictalem. Illa est cum quis per Ministrum publicum privatim citatur domi, & vel in faciem, si scil. sui copiam citandæ præbet, vel ad domum, si alio loco moratur. Hæc nim. Edictalis fit publicè per proclama vel per Edictum publicis in locis affixum, in casu necessitatis, quando vel incerti veniunt citandi, vel judex nescit, ubinam citandus commoretur ac degat, cui non est locus, nisi ordinaria verbalis vel etiam realis fieri commodè nequeat. *Clement. 1. de judic. Gail. 1. obs. 57. in pr. Carpz. in proc. jud. tit. 7. art. 4. per tot. Struv. in synt. jur. Ex. 5. §. 12.* c. quæ emittitur absque præcisâ comparitionis comminatione & ulterioris termininatione, cujus formula hæc ferè est. Das N, den 10. May erscheine/und Klägern auff seine geführte Klage antworte. d. quæ d. scil. vel tribus distinctis simplicibus fit citationibus *l. 8. l. 9. C. qm. & qn. jud. l. 68. & seqq. ff. d. judic. vel in qua simul tres distincti termini per certa temporis intervalla sunt assignati; vel in qua uni-**

cus terminus tantundem temporis, quantum alias tres simplices
 comprehendit, additâ voce peremptorie l. 8. C. qm. & qn. jud. l. 72. de
 judic. l. 53. §. 1. de re jud. (Das Befl. N. erscheine/ so ihn hiermit un-
 erstrecklich und also peremptorie angeseket/ It. welcher Ihme hier-
 mit vor den ersten/ andern/ dritten und endlichen Gerichtstag und
 also peremptorie genennet) aut certa comminatione l. 71. ff. d. judic.
 (soll nichts destoweniger geschehen und ergehen was recht ist) quæ
 comminatio vim habet peremptoriæ citationis, etsi verbum Per-
 emptoriè in citatione non exprimatur. l. 2. C. qm. & qn. jud. Dan.
 Moll. ad constit. Elect. 3. p. 1. n. 18. Berlich. p. 1. concl. 10. n. 9. & 10. Carpz.
 jurispr. for. p. 1. c. 4. def. 22. & in Proc. jur. tit. 7. art. 1. n. 20. & seqq. De
 ordinatione autè Elect. Sax. omnis citatio cum particulâ Perem-
 ptoriè est concipienda ut patet aus Ehurf. S. Oberhoff-Gericht
 zu Leipzig Ao. 49. von der Citation vid. Magn. Dn. Carpz. d. l. & con-
 tinere debet terminum legalè vollkomene Sächsische Frist/ vid. Ord.
 Jud. El. Sax. tit. 4. v. auch darneben einen rechten legalem terminum. &
 clarius in tit. 10. §. Imfall an solcher 1c. Ord. Appell. Rubr. Wie wieder
 die aussenbleibende 1c. §. würde er aber vs. Jedoch soll man 1c. Et rubr.
 von Ausbringung der Ladung 1c. §. item Es sollen die citationes &c.
 Berlich d. l. n. 14. Zanger. de except. p. 2. c. 6. n. 8. & seqq. Carpz. d. l.

THES. III.

Citare possunt omnes qui in citandum jurisdictionem habent a sive sint ordinarii judices b. sive delegati c.

a. A. Et frustra eum citat judex, in quem nullum habet im-
 perium, quique extra territorium est. Is n. ipsi impunè non pa-
 rebit l. ult. ff. de jurisdic. In dubio tamen citatus comparere de-
 b. bet & judicis incompetentiam allegare de quo vid. §. 7. b. Ves.
 in par. n. 13. d. in 19 voc. & C. eod. n. 7. & Dd. comm. Sed quid dicam
 de Clerico? Cum judex secularis s. Laicus in eum nullam habet
 jurisdictionem, ideo à nullo alio citari posse puto, quàm à Judice
 Ecclesiastico. l. 17. l. 25. l. 33. C. de Episc. & Cler. Nov. 123. c. 23. c. deter-
 nimus. 2. c. etsi clerici. 4. c. cum non ab 10. de judic. c. si quis 1. c. nullus 2. c.
 cum sit. 8. c. cum non 13. de for. compet. Gail. 1. obs. 37. qui late hujus regu-
 la & privilegii ampliaciones & fallentias ibidem persequitur. Myns. cent.
 2. obs. 67. quibus a. casibus clerici fori privilegium amittant & ad judicem
 secularem trahantur, prolixè tractat Fachin. lib. 9. contro. c. 28. & seqq.
 quem

quem videre licet. Num verò Clericus, si cum aliquo pacisceretur, se fori præscriptione non usurum, huic suæ renunciationi contravenire possit, in ambivio collocatur, Ego cum Rittersbusio in *diff. jur. civ. & can. lib. 5. c. 3. hoc nego per text. in l. 51. C. de Episc. & cler. l. pen. C. de pact.* Sic milites armatæ militiæ qui propter singularem favorem, ne fortè famâ belli post tergum relictâ maximo cum Reipubl. detrimento avocentur, non nisi coram proprio Magisteria potestate constituto iudice conveniri & citari debent. *l. 6. C. d. jurisdict. om. jud. l. 17. C. de judic. l. 7. ff. eod. l. pen. C. de pact. l. 3. in pr. ff. de re milit. l. 9. ff. de cust. & exh. reor. l. ult. in pr. C. de re milit. lib. 12.* De Scholaribus videbimus quis eis sit iudex competens? & dicendum Primicerium s. Rectorem potestatem habere eos citandi. *auth. habita. & veruntamen. C. ne fil. pro patr. Scholares accipimus eos, qui in Academiis s. Universitatibus degunt, tam docentes quam discipulos. d. auth. habita.* modò facto & animo sunt studiosi, in Album Universitatis recepti, *Gail. 1. obs. 21. n. 9. oleum & operam literis impendentes, arg. l. 6. §. 4. ff. de excus. non vagabundi aut circumforanei Gail. 2. obs. 118. n. 9. Besold. in diff. de privileg. stud. c. 2.* Et cum in pr. hujusmodi mentio facta fuerit de eo, quod extra territorium jus dicenti quis impune non pareat, attingamus & illam quæstionem: An & quo pacto non subditus extra territorium citari possit? quod Aff. scil. per requisitionem & subsidium Magistratûs ordinarii; quam citationis formam ac rationem describit *Matth. Coler. de proc. exec. p. 3. c. 7. n. 37.* cujus verba hæc sunt: Iudex citans mittat literas rogatorias iudici alterius Provincie, cui subjicitur immediatè citandus, in quibus petat, ut Iudex requisitus subsidiariè vel permittat citationis executionem fieri in loco sui territorii, vel ipse saltem reum ad præfixum terminum, qui in Edicto citatorio continetur, moneri ad comparitionem curet, offerendo, se in simili casu facturum paria. *Vid. Gail. lib. 1. obs. 56. n. 5. Carpz. in Proc. jur. t. 7. art. 3. n. 6. & seqq.* Et si Iudex imploratus per subsidium officium præstare nolit alii Magistratui, quod tamen facilè nullus renuat, per Superiorem ad hoc benè adigi poterit. *Carpz. d. l. & jurispr. for. p. 1. const. 2. des. 27. 28. 29. n. 3. & seq. Berlich. p. 1. concl. 11. n. 9. & seqq. c. c. 1. d. caus. poss. & propr. VVes. in par. d. in j9 voc.* Fungitur enim delegatus vice Magistratûs delegantis

gantis f. ordinarii l. 18. ff. de jurisdic. atque hinc si ordinarius citari
re potest, cur non etiam delegatus? Nam consentaneum videtur,
datâ jurisdictione etiam in jus vocandi concessum, cum absque
citatione mandatum jurisdictionis exequi non potest. l. 2. ff. de ju-
risdic. Hoc amplius speciale est in delegato, ut tenorem suae
jurisdictionis cum citatione transmittat, quo citatus delegato ju-
isdictionem esse factam exinde cognoscat. l. 1. C. de mand. Princ. c. 31.
de offic. deleg. c. 2. de dicit. Gail. 1. obs. 48. n. 17. 18. & 20. Vult. 2. juris-
pr. Rom. 28. n. 34.

THES. IV.

Citari debent regulariter omnes, quorum princi-
paliter interest, quorumque causa agitur, a. exceptis paucis
qui prohibentur vel in totum; ut Magistratus Major. b.
Pontifex sacra faciens c. & similes, d. vel pro permissu
Prætoris, quales sunt nostri Parentes, e. Patroni f. &c.

a. l. 47. ff. de re jud. l. 39. ff. de adopt. l. 29. §. f. ff. de Minor. l. 4. C. de
fabricens. lib. 11 l. 139. ff. de V. O. l. 7. C. qm. & qn. jud. Ad eò univ. vel alteri de
plurib9 consortib9 litis vel hereditatis citationē insinuari nō suf-
ficit, sed omnib9 & singulis in specie offerri & insinuari necesse est.
l. 1. C. de consort. ejusd. lit. Hahn ad VVes. n. 9. de in jus voc. Berlich p. 1. concl.
10. n. 5. & seqq. Carpz. jurispr. for. p. 1. const. 2. def. 25. & in proc. tit. 7. art.
1. n. 56. & 63. quod & à Ser. El. Sax. confirmatur in Ord. Proc. jud. tit. 4.
in pr. vers. wurden auch mehr ic. I. und soll solches ic. aliàs sententia
contra absentem non citatum vel illegitimè citatum nullius est
momenti l. 1. §. 1. ff. de feriis. d. t. 4. Ord. Proc. jud. in fin. pr. Et sic quæ-
ritur, An is qui in judicio præsens reperitur, tenebitur responde-
re, licet non præcesserit citatio? Non teneri dicimus arg. l. 2. §. 3.
de jud. l. 1. pr. ff. de edend. auth. si omnis. C. si min. ab hered. Gail. 1. obs.
48. Struv. in synt. jur. civ. exerc. §. 8. 10. quod & de jure Sax. obtinet Land-
recht. lib. 2. art. 3. König in Proc. c. 25. circ. fin. nisi causa sit leviuscula,
ubi scil. non opus est ut præcedat citatio. b. Qui propter au-
toritatem Imperii & dignitatis splendorem in jus vocari non po-
test l. 2. in pr. ff. de in j9 voc. l. 26. §. 2. ff. ex quib. c. maj. l. 12. ff. de accus. l.
48. de judic. scil. durante officio, nisi delinquat ratione Magistra-
tus

175

tus & officii vel administrationis l. 4. C. ad Leg. Jul. repet. Nov. 86. c. 4.
Minores autem Magistratus etiam Magistratu durante in jus re-
ctè vocantur propter l. 32. ff. de injur. l. 29. §. 7. ff. ad L. Aquil. junct. l. 12.
ff. de jurisd. Hodiè verò Magistratum, cujus dignitas incepit
esse perpetua, indistinctè rectè citari test. Struv. in synt. jur. Exerc. 5.
§. 9. Umm. de Proc. disp. 5. §. 7. n. 37. Habn ad Vves. de in j9 voc. n. 3. ne ali-
às adversarius jure suo excludatur iniquè. c. l. 2. de in jus voc. qui
propter religionem, quæ summum habet favorem ac auctoritatem, &
& negotiis civilibus facilè præponitur, immunitate gaudet; Sacro-
rum enim usus ac exercitium adeò venerabile est & inviolabile, ut
haud parvum fuerit peccatum, illud aliqua ratione impedire ac
perturbare. An autem respectu administrationis sacrorum hoc
edictum ad reliquos Episcopos & Clericos pertineat, quæritur?
& affir. quia sacra à quolibet honestissimè ac purissimè tractari
debent, imò & satis indicare videntur verba in d. l. 2. adjecta Nec
eos &c. d. ut sunt, qui equo publico in causâ publicâ transve-
untur; item qui uxorem ducit, aut ea quæ nubit, ne qui honestissimo
nuptiarum conatu est occupatus, odioso citationis impedimento
& tristi actionis denunciatione perturbetur, quod etiam trahen-
dum est ad eos, qui nuptiis interfunt; quemadmodum enim fun-
familiare comitantes in jus vocari nequeunt d. l. 2. l. 3. sic nec qui suâ
præsentia cohonestant nuptias in j9 vocatione onerandi sunt, quasi
ibi commiseratio; hic commune gaudium illam excusationem in-
jungere videatur. Et sic reliqui, quorum cura in l. 2. & 3. de in jus
voc. geritur. Præterea & personæ quædam propter incapacita-
tem hoc privilegium habent, ut FURIOSUS, cujus consensus est
nullus l. 2. C. de contr. empt. l. 8. §. 2. de opt. leg. imò nullus sensus. l. 22.
§. 7. solut. matr. nulla voluntas l. 40. de R. 7. unde nullum negotium
rectè contrahit l. 5. eodem §. 8. Inst. de inutil. stip. & sive stipuletur sive
promittat nihil eum agere naturâ manifestum est l. 1. §. 12. ff. de O.
& A. affectu caret. l. 1. §. 0. ff. ne vis fiat & q. imò per omnia & in o-
mnibus absentis & quiescentis loco habetur l. 2. §. 3. de jur. codicill.
l. 124. de R. 7. Eodem jure gaudent INFANTES, quia non multo
à furioso distant, & nullum habent intellectum §. 9. Inst. de inutil. sti-
pul. neque enim decernere possunt l. 9. ff. de acq. hered. imò quod
vident ignorant. l. 1. C. de fals. monet. Si autem Tutorem vel Cura-

B

to

torem habent, is eorum loco citari poterit *l. 1. §. 2. l. 27. ff. de admin. tutor. Treutl. vol. 1 disp. 4. §. 7. e.* De qua prohibitione notanda est regula in *l. 13. ff. de in jus voc.* quod personæ, quibus reverentia, quæ scilicet proficiscitur ex immenso beneficio vel ratione paternitatis vel patronitatis est præstanda, sine jussu Prætoris in jus vocari non possint: Et intelligimus hinc Parentes utriusque sexus usque in infinitum *l. 4. §. 2. ff. eod.* nec à vulgo quæsito mater meretrix sine veniâ vocari potest *l. 4. in f. cum l. seq. ff. eod.* nec socer & socrus à genero & nuru, quia & hi parentum loco sunt *l. 16. ff. sol. matr.* An autem noverca à privigno? Affir. propter *l. 11. C. de furt.* nec extendendum est regula nostra ad patrem spiritualem, quia nullibi hoc cautum reperitur: Erubescendum enim est sine lege loqui *Nov. 18. c. 5.* Sed an hodie Parentes sine veniâ citari possunt? Affirmo cum Magnif. Dn. Carpz. in *Jurispr. for. p. 2. const. 2. def. 26. & in Proc. jur. tit. 7. art. 1. n. 40.* quia Prætor olim nolebat absque veniâ Parentes in jus vocari ex hac ratione, quod vocatio illa fiebat obtorto collo per vim & impressionem. *l. 18. ff. de in jus voc.* quam in Parentibus aliisque quibus reverentia debebatur exerceri incivile erat *l. 13. ff. eod.* Sed hodie cessat hæc causa: Nulla enim citatis vis imminet in citatione, quæ fit per solam libelli oblationem & simplicem admonitionem citra ullam vim & injuriam *l. 15. ff. eod.* nec valet hodie citatio, si non fiat de mandato judicis *l. ult. C. de exh. reis.* Cessante igitur Edicti Prætorii ratione, & ejus mandatum cessare debet. Reverentiâ Parentum relictâ, alias personas, quibus reverentia debetur, scrutabimur & 1. de Vasallo qd. An is possit Dominum in jus vocare sine veniâ? Aff. quia in persona Domini illâ veniæ impetratio nullibi requiratur. *Fachin. 10. contro. 89. Myns. cent. 4. obs. 92. Rosenth. 5. de feud. 69. n. 5. lit. h. Gail. de pign. c. 15. n. 4. Boych. de f. c. 10. n. 38. Schneidvv. §. pœnales just. de act. n. 45.* 2. An Discipulus Præceptorem? Et licet magna hic requiratur reverentia, siquidem à Parentibus habemus ut vivamus, à Præceptoribus ut benè & virtuosè vivamus *Schneidvv. d. l. n. 46.* Sed quia Præceptor non est de personis comprehensis in edicto Prætoris, nec de enumeratis in *tit. de in jus voc.* igitur cum communi opinione contrariam sententiam tuebor. Denique de uxore quæstio est an Maritum in jus vocare possit veniâ non impetratâ? & videtur quod non

non, quia reverentiam tenetur præstare Marito, cum sit caput uxoris, sed cum non comprehenduntur in Edicto, ideo contrarium verius puto. f. l. 4. ff. l. 2. C. de in jus voc. VVes. in par. ff & C. eod. n. 6. quibus propter libertatem, quæ bonum est inæstimabile l. 106. 122. ff. de R. I. & quasi ex morte revocatio, reverentiam præstare debent, ut indicent, beneficiorum tantorum nunquam se esse immemores.

THES. V.

Constat præterea Citatio duabus partibus i. Concepti-
one, in qua sex requiruntur (1.) Nomen Judicis citantis a.
(2.) citandi, b. (3.) citationem petentis c. (4.) causa d. (5.)
locus e. & denique dies f. & terminus. g. a

A. arg. l. 80. ff. de jud. Gail. 1. obs. 48. n. 6. Myns. cent. 6. obs. 10
n. 3. Carpz. in Proc. jur. tit. 7. art. 2. n. 5. tum ut citatus intelligat,
utrum judex sit competens nec ne l. 2. ff. si quis in jus voc. tum ut
sciat, citationem jussu judicis & de commissione ejus factam esse
l. f. C. de exh. reis. tum quia error in nomine Judicis vitiat citatio-
nem de l. 80. de judic. l. 4. ff. de leg. 1. Gail. d. l. n. 23. b. c. 35. de re-
script. c. 2. eod. in 6. Gail. 1. obs. 49. ut nimirum cognoscat an cita-
tio ipsum concernat nec ne; contra enim non nominatum non
potest fieri executio, neque in contumaciam procedi l. f. C. si per
vum vel al. l. 12. 13. 14. ff. de except. rei jud. Gail. d. l. Carpz. in Proc. t.
7. art. 2. n. 11. etiamsi plures sint litis consortes, omnium nomina
sunt exprimenda Myns. 2. obs. 66. quod tamen fallit in civitate,
Universitate seu Collegio, ubi generalis citatio subsistit. Myns. 2.
obs. 5. n. 6. Berlich. p. 1. concl. 10. n. 49. Gail. d. l. n. 6. Carpz. d. l. n. 16.
c. Berlich. d. concl. 10. n. 2. Carpz. Jurispr. for. p. 1. const. 2. def. 21. n. 3. c
Gail. 1. obs. 50. ut citatus intelligat, quis ipsum citari curaverit ad
hoc ut deliberare possit, utrum contendere an verò cedere velit; it.
ut certus sit, an ad instantiam & petitionem partis citatio facta sit.
Etenim si judex eam proprio motu decernit, haud quaquam sub-
sistit, nec debitum operari potest effectum, l. 68. ff. de judic. l. 4. §. 8.
ff. de damn. inf. l. 4. C. de accus. c. significasti. vers. petitionem de for.
compet. Coler. de Proc. execut. p. 1. c. 2. n. 31. Vult. 2. Jurispr. Rom. c. 28.
Carpz. in Proc. jur. t. 7. art. 1. n. 28. d. l. 2. §. 3. ff. de judic. c. præter d

B 2

ca-



ea 2. de dilat. Myns. 5. obs. 85. Vult. 2. Jurispr. Rom. c. 28. n. 28. Gail. 1. obs. 51. Berlich. d. l. n. 20. ut citatus instruat de iis, super quibus sit agendum. Hanc autem causam in genere exprimi sufficit, nec necesse est libelli tenorem citationi inferere, modò hoc fiat explicitè, ut citatus intelligere possit, ob quam causam sit vocatus, & ut paratus ad respondendum accedat. Gail. d. l. n. 2. Wurmbf. 1. pract. obs. tit. 9. obs. 4. Umm. Disp. 5. 8. 10. de proc. Schrad. de feud. p. 9. cap. 7. n. 36. & seqq. Carpz. in proc. jur. t. 7. art. 2. n. 24. nullibi enim contrarium est præceptum, ideoque nec temere & absque juris autoritate asseverandum; Ex quo etiam Sereniss. Elect. Sax. in Ord. Proc. jud. tit. 4. arbitrio Judicis hoc relictum videtur, quo medio causam notificare velit citato. e. l. 21. §. 10. ff. de recept. qui arb. rec. l. 5. §. 1. ff. quod. vi aut clam. l. 5. C. qm. & qn. jud. In primis si citatio à judice delegato fiat, qui si omiserit locum, non arctat citatum; fallit tamen in judice ordinario, qui certum & deputatum habet tribunal, certoque in loco semper solitus est jus dicere l. 59. ff. de judic. Gail. 1. obs. 52. n. 12. Trentl. vol. 1. disp. 4. 8. 3. lit. e. Carpz. in Proc. d. l. n. 37. Locus verò variè debet esse qualificatus (1.) namque debet esse IDONEUS, qui est ubi judex habet jurisdictionem. Judex enim extra locum suæ Jurisdictionis non est Judex sed homo privatus l. 3. ff. de Offic. Præsidi. (2.) Tutus, qui tam insidiis quàm pestilentiori aëre sit liber ac expers, ut citatus eò tuto & securè commeari possit. l. 8. ad sc. Treb. l. 4. §. 3. ff. de legation. l. 59. in f. ff. de judic. c. 9. de renunc. Clement. 2. §. esto igitur desent. & rejud. & hoc non solum ad partem citatam, sed etiam ad advocatos, Procuratores & testes extenditur; omnibus enim locus judicii debet esse tutus, & salutis ratio est habenda d. l. 8. ad sc. Treb. Gail. d. l. n. 9. eademque ratio facit, ut ob belli vel pestis periculum judicia moveri & aliò transferri possint. l. 6. D. p. 2. tit. 34. R. U. zu Spener de anno 1570. §. dieweil denn auch je bisslich & §. seqq. R. U. zu Regensburg da anno 1594. §. was sonst zu unterschiedenen mahlen & §. im fall auch etliche & anno 1598. §. und zum Fall/c. quod si Judex exceptionem loci periculosi rejecerit, liberè ab eo appelletur. c. 47. de appell. (3.) Locus debet esse Honestus, ubi citatus absque læsione honoris versari potest. Nam ad propinam vel lupanar venire non cogitur. l. 21. §. 11. ff. de recept. illud- que

que Judicis præceptum erit nullius momenti l. 15. ff. de condit. in-
 stit. l. ult. qua sent. sin. app. resc. f. ut citatus sciat, an dies sit juri-
 dica an feriata. Nam si ad diem feriatam facta est, citatus compa-
 rere non tenetur, & citatio ejusmodi est nulla l. ult. C. de feriis. cap.
 f. eod. Gail. 1. obs. 53. per tot. Hinc rectius videntur facere Judices,
 qui clausulam pro cautelâ in citatione adjiciunt: Compareas
 tali die, quod si illa juridicâ non sit, compareas sequenti die
 Juridica: Daß Ihr auff den nechsten Tag/oder wo kein Gerichts-
 Tag wäre/den nechsten Gerichts-Tag hernach erscheinet. Quod &
 in Camera observari testatur Gail. d. obs. 53. n. 2. & n. 13. recenset
 aliquos casus exceptos, qui in honorem Dei diebus feriatis expe-
 diri possunt, ut causæ alimentorum, pupillorum, viduarum, & mi-
 serabilium personarum, nec non quæ celeritatem requirunt, velu-
 ti si res peritura sit. l. 1. §. f. l. 2. 3. ff. de feriis. d. cap. f. eod. §. cap. 6.
 de dol. & contum. sine cujus adjectione citatio non valet. Non
 autem necesse est, ut certa hora, qua reus comparere debet, adji-
 ciatur. Gail. d. l. n. 5. Terminus verò debet esse congruus secundum
 loci propinquitatem, ut citatus intra illum ad locum destinatum
 commodè venire possit l. 2. §. 7. testam. quem. ap. l. 7. ff. de feriis. l. 72. ff.
 de jud. l. 1. C. de dilat. R. A. zu Regensburg de anno 1594. §. soltê sich aber
 auch Sachen zutragen. R. A. zu Spener de anno 1600 §. weniger
 nicht ist beschwerlich in f. & §. unsers Kânsersl. Cammer. Gerichts-
 Ordnung & §. seq. Wann judicialiter. aliàs enim si nimis brevis ap-
 poneretur, citatio tanquam impossibilis & temeraria non arcta-
 ret l. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam. Impossibilium enim nulla est obli-
 gatio l. 185. ff. de R. J. l. 4. §. 1. ff. de stat. lib. §. 10. Inst. de hered. inst.
 quod si minorem diem tempore legitimo judex statuerit, ex le-
 ge, quod sententiæ judicis deest, repleatur. l. 4. §. 5. ff. de re jud. vel
 superior appelletur, Gail. d. l. n. 19. Debet autê esse terminus in civili-
 bus ad minus 10. dierum l. 68. 69. de judic. peremptoriæ citationis,
 quæ hodie recepta est. l. 72. ff. de jud. l. 8. C. qm. & qn. jud. Berlich.
 p. 1. concl. 10. n. 8. & seqq. Carpz. Jurispr. for p. 1. const. 2. des. 22. est
 dierum triginta. d. l. 68. & 69. auth. qui semel, C. qm. & qn. Jud. In
 Camera est arbitrarius Gail. d. obs. n. 20. Jure Sax. septimanarum
 sex & 3. dierum, Carpz. Jurispr. for. p. 1. const. 2. des. 22. n. 5 & in
 Proc. jur. tit. 7. art. 2. n. 46. Berlich. d. l. n. 14. 15. Zobel. p. 1. Differ. 16.

B 3 n. 10.

n. 10. Coler. de Proc. exec. p. 1. c. 2. n. 18. & seq. Hartm. Pistor. p. 1. quaest. 3. n. 9. Vult. 2. Jurispr. Rom. 28. n. 32.

THES. VI.

Constat II. citationis conceptæ executione, quæ expeditur commissione Judicis a. insinuatione b. citationis per nuntium c. & ejus relatione d. quæ ad acta referri debet. e.

- a. A. Eaque semper antecedere debet sive verbalis sit sive realis l. f. C. de exb. reis. l. 10. §. 12. ff. de in jus voc. l. 29. §. ult. ff. de Minor. l. 8. C. qm. & qn. jud. Myns. cent. 6. obs. 10. n. 3. Schrad. de feud. part. 9. cap. 7. n. 40. Ruland. de commiss. part. 1. lib. 5. cap. 3. n. 3. Gail. 1. obs. 54. Carpz. in Proc. jur. tit. 7. art. 2. n. 5. Hæcque intelligenda non sunt, quasi Judex ex mero officio id faciat, sed expectare debet instantiam partis l. 68. ff. de judic. l. 4. §. 8. de damn. inf. l. f. C. de bon. aut. jud. poss. cap. significasti 18. de for. comp. Judex enim regulariter suum officium impartiri non debet, nisi petitum sit d. l. 4. §. 8. de damn. inf. l. 20. ff. de exc. rei jud. Asin. in pr. Flor. §. 8. n. 4. Coler. de Proc. exec. p. 1. c. 2. n. 31. Hahn, ad Wes. n. 13. de in jus voc. quod ad eò verum est, ut ne statuto induci possit, quo judex proprio motu non imploratus quem citare valeat. Gail. 1. obs. 50. n. 7. quia statuta regulariter interpretationem & declarationem passivam recipiunt à jure communi, Wes. 1. conf. 35. n. 3. hoc autè non procedere in criminalibus confirmat Gail. d. l. Hahn ad Wes. d. l. Brunneman de inquis. Proc. c. 8. n. 4. & seqq. & cùm commissio facti sit, non præsumitur facta nisi probetur l. 1. 2. C. de mand. Princ. cap. 31. de offic. jud. deleg. Gail. d. obs. 34. n. 5.
- b. quæ si facta non fuerit nullum citatio habebit effectum Asin. in prax. Flor. §. 9. c. 6. Gail. 1. obs. 54. n. 3. Carpz. in Proc. tit. 7. art. 1. n. 45. vid. Ord. Proc. Jud. tit. 4. vers. sondern auch & c. & tit. 10. §. imfall aber & c. vers. iedoch daß man & c. Ord. Appell. rubr. von Außbringung der Ladung §. Item Es sollen & c. §. desgleichen & s. weil sich aber & c. nec non sub rubr. wie wider die & c. §. würde er aber & c. eamque ita instituere necessum habet nuntius, ut ante omnia, si possit, ipsum citandum in persona seu ad faciem vocet, ideo-

ideoque citatio Mariti per nuntium facta uxori non valet, neque emanente ad terminum marito procedi in contumaciam ejus potest. *Myns. 3. obs. 37. Afn. in prax. Flor. §. 6. c. 1. n. 1. cum seqq. Treutl. vol. 1. Disp. 4. §. 4. lit. c.* Si verò citandus conveniri non possit, tunc citatio ad domum ipsius, sive propria sit sive conductitia. *Afn. d. l. c. 4. n. 2.* modò ibi domicilium habet, facienda est, aut eo loco publicè affigenda, unde notitiam ejus citatus facillimè habere possit, *l. 4. §. 6. ff. de damn. inf. l. 1. §. 1. & 2. ff. de agn. & alend. lib. cap. 3. de dol. & contum. Gail. 1. obs. 55. n. 3. & obs. 57. Myns. 2. obs. 69.* quod si citandus malitiosè & de industriâ procuraverit, ne citatio ad se perveniat pro legitimo citato habebitur. *Gail. d. l.* Denique hanc citationis executionem die festo divinæ Majestati dedicato, quamvis ad diem non festum sit, non posse fieri, de jure puto verissimum *l. f. C. de feriis cap. 1. & ult. eod. Wurms. obs. pract. tit. 6. c. 4. c.*
 durch einen Gerichtsboten / Cantzleyknecht / Gerichts-Pedellen.
Besold. thes. pract. sub lit. g. 34. qui quod juratus esse debet *Dd. ferè omnes desiderant, quod & Sereniss. El. Sax. confirmavit in d. Ord. Proc. jud. tit. 4. vers. Durch gewisse den Gerichten verpflichteten Boten & Ord. Appell. d. 1. von Aufbringung der Ladung §. item es sollen verb. durch einen geschwornen Boten & §. seq.* Propterea nullum dubium est, quin eis propter juramentum credendum sit, cum aliàs citatio parti tradita non præsumatur, nisi probetur. *Treutl. vol. 1. Disp. 4. §. 4. lit. b. d. ut factâ executione referat, quod demandatam sibi citationem hoc vel illo tempore in-*
finuaverit, an ad personam vel ad domum citaverit, & quid vocatus respõderit, vel aliàs circa executionem actum sit. Gail. d. obs. 54. Myns. obs. 177. 78. 79. & 5. obs. 51. Schrad. d. p. 9. c. 7. n. 42. & seq. cui relationi propter fidem personæ semel approbatam creditur *Myns. 6. obs. 10. n. 7. N. U. zu Spener de anno 1600. demnach auch nicht ausdrücklich. Berlich. p. 1. concl. 10. n. 21. & seqq.* atque hinc si inter nuntium & citatum discordia oriatur, puta, si nuntius dicat, se citasse quidem, sed citatum respondisse, se nolle venire, quaritur; an tali casu fides sit habenda nuntio? In qua quæstione quidem *Dd.* non conveniunt; sed quando nuntius juramento officium suum ac fidem confirmaverit, non video, cur ei credi non possit? cum & juramentum species probationis sit. *§. 11. Inst. de actio*

978
e adtion. Myns. 1. obs. 77. 78. & 79. e. aded, ut si non constat in actis de relatione nuntii, neque citatio neque sententia neque processus in contumaciam factus valeat Myns. d. l. n. 5. Vult. Jurispr. Rom. c. 28. Gail. d. obs. 54. n. 7. quod & verum est de Jure Saxon. ord. Proc. jud. tit. 4. & Ord. Appell. sub rubr. von Außbringung der Ladung S. desgleichen damit in vers. fin. quia relatio nuntii est de substantiâ Processus Gail. d. l. Wes. ad tit. C. de in jus voc. Myns. cent. 1. obs. 78. Vult. 7. P. R. d. c. 28. ut ne propter antiquitatem temporis nuntii relatio, si in actis non appareat, facta præsumatur.

THES. VII.

Finis citationis est citati comparitio a. & ad defensionem suscipiendam præparatio. b.

A. l. 47. & ibi Dd. comm. ff. de re jud. Citatio namque citatum ad nihil aliud magis arctat, quam ad comparendum, modò illa valida sit, alias nullum producit effectum, & si super tali citatione procedatur, Processus & sententia nulla sit Gail. d. obs. 48. n. 3. Paria enim sunt aliquid non fieri vel minus legitime fieri l. 6. ff. qui satisd. cog. l. 4. §. 6. ff. de re jud. nisi citatus suâ sponte compareat, quia tunc per comparitionem robur accipit & convalidatur l. 1. §. 1. ff. de feriis. Myns. cent. 2. obs. 18. & cent. 3. obs. 60. Gail. d. obs. 48. n. 4. Citatus autem comparere per se vel per legitimum Procuratorem cum sufficienti mandato, tam ad agendum quam ad respondendum l. 26. C. de Procur. c. 1. eod. cap. 6. de dol. & contum. cap. 4. de dilat. Myns. 4. obs. 58. Wurms. 1. 5. obs. 17. nec auctoritatem in jus vocantis contemnere debet. l. 5. ff. de judic. l. 2. ff. si quis in jus voc. non jer. cap. 19. de appell. nisi causa aliqua inexorabilis citatum impediatur. l. ult. §. f. C. de temp. & repar. appell. l. ult. C. de legat. l. 2. §. 3. & seqq. ff. si quis caut. jud. sist. caus. aliàs contra absentem in contumaciam proceditur l. 8. & seq. auth. qui semel. C. qm. & qm. jud. Nov. 112. c. 3. l. 13. §. 2. 3. 4. C. de judic. l. 73. ff. eod. Gail. 1. obs. 59. & 60. Wurms. 1. 7. obs. 3. Berlich. p. 1. concl. 17. per tot. Vult. 2. Jurispr. Rom. 30. n. 1. m. q. ad n. 12. (In foro Saxon. reus contumax antequam

177.
quam causæ amissione puniatur, ad legitima impedimenta bis uff
Eheschafft und behelffliche Widerrede condemnari debet gl. in
Landrecht lib. 2. art. 9. lit. a. Ord. Proc. jud. tit. 10. §. im fall aber der
Beklagte & Ord. Appell. rubr. Wie wieder die aussenbleibende Part
re. § würde aber der Beklagte. Zobel p. 1. diff. 12. n. 1. & 2. diff. 13. n. 2.
& diff. 16. n. 10. Hartm. Pistor. p. 1. quest. 3. n. 13. Dan. Moller. ad constit.
Elect. 10. n. 7. Carpz. Jurispr. for. p. 1. const. 9. des. 3. & in Proc.
jud. tit. 8. art. 2. n. 6. & seq. Et cum actor etiam quandoque contu-
max existat Wurmbf. d. 1. 7. obs. 2. Gail. d. obs. 59. Nov. 53. c. 4. §. 1.
Nov. 112. c. 3. pr. d. l. 13. §. 2. & 3. C. de judic. auth. qui semel C. qm.
& qn. jud. Judex secundum jam allegata jura procedere potest.
Carpz. Jurispr. for. p. 1. const. 9. des. 22. & in Proc. tit. 8. arti. per tot.
Berlich. p. 1. concl. 17. n. 7. & seqq.) Ad personalem autem com-
paritionem à judice cogi non potest. Schrader. de feud. p. 10. sect. 18.
n. 75. nisi causæ qualitas Procuratorem respuat, aut ob justam vel
vehementiorem causam teneatur litigator ipse per se respondere
Gail. & Dd. d. l. Moller. semestr. quinq. l. 1. cap. 5. n. 9. Sed quæritur:
An citatus teneatur comparere, si à judice non competente voca-
tus fuerit? Disting. utrum notorium sit, Judicem jurisdictionem
non habere, nec ne: Priori casu non comparere debet l. f. ff. de
Jurisdic. benè tamen posteriori, ubi judicis incompetentiam al-
legare potest. l. 5. ff. de judic. Myns. 6. obs. 7. n. 7. Struv. Syntag. jur.
civ. exerc. 5. §. 14. b. Quemadmodum enim libellus ideo edi b
jubetur, ut reus scire possit, utrum cedere an contendere debeat.
l. 1. ff. de edend. Ita citatio ad eum finem dirigitur, ut vocatus ad
defensionem eo melius se possit præparare; igitur etiam propter
deliberationem Reo à tempore insinuata citationis 20. dierum
induciæ sunt concessæ Nov. 53. c. 3. §. 1. vid. sup. §. 5. lit. g. qui-
bus sic stantibus non difficile erit decidere, An ad unam causam
vocatus ad aliam quoque respondere teneatur? Et videtur ne-
gantium opinio verior, præ judiciis Camera confirmata Gail. 1.
obs. 51. n. 7. & juri Sax. consentanea Landrecht p. 2. art. 2. in verb. Herr
Richter mir ist hterumb nicht herbescheiden. Carpz. in Proc. jur. 1. 7.
art. 2. n. 28. v. Ord. Proc. jud. tit. 5. §. ult. in fin. Wes. in par. ff. de in
jus voc. n. 13.

C

THES.

Effectus multiplex est & varius. Inducit enim litis pendentiam a. Jurisdictionem delegati perpetuat b. præscriptionem interrumpit c. rem litigiosam facit. d. &c.

- a. A. h. e. talis est effectus, ut citatione peractâ nihil novi in lite inchoari debeat *Clement. ult. ut lit. pend. nil. inn. Myns. 4. obs. 26.* Hinc quæritur; An citatus ab uno Judice, postea coram alio judice citante respondere teneatur? Neg. si videlicet citatus coram altero semel comparuerit, vel iste judex aliquem actum judicialem propter contumaciam forsan in Reum exercuerit, hoc etenim in casu litis pendentia inducta est *l. 18. §. 7. C. de re milit. cap. proposuisti. 19. de for. compet. b. cap. 20. de offic. & pot. jud. deleg. Wes. in par. de in jus voc. n. 13. l. 7. ff. de judic. Zas. in l. 5. n. 59. & seqq. de judic. Gothof. ad l. 9. de V. O. Duaren. ad l. 6. de jurisdic. c. Variè hic Dd. statuunt atque qualis præscriptio esse debeat, ambigunt; Tamen cum Wesenb. in par. de in jus voc. amplector sententiam & ad interrumpendam præscriptionem longissimi temporis solâ citatione opus esse puto, quæ maximè de actionibus est constituta; Cùm enim citatio omnium instituendarum actionum principium §. ult. *Inst. de pæn. tem. lit.* meritò etiam earum præscriptionem interrumpit. *l. 3. 4. & 7. C. de præsc. 30. vel 40. ann. Gail. 1. obs. 74. n. 20. & seqq. Vult. 2. Jurispr. Rom. 28. n. 57. usq. ad f. Myns. ad cap. 11. n. 48. de probat. d. auth. litigiosa verb. fin. C. de litig. Nov. 112. cap. 1. pr. Wesenb. in par. de in jus voc. Vult. d. l. & passim.**

Atque hæc sunt quæ de materiâ citationis ejusque requisitis consignare animus fuit, si quæ forsan sunt, in quibus minus accuratè egisse viderer, veniam à C. L. obnixè precor; Monitis potiùs famâ immortalis cujusdam Viri morem gerere lubuit: *In magnis etiam conatum laudabilem esse, & sufficere quandoq. vel voluisse.*

175
CORONIDIS LOCO

- I. *Utrum Justinianus in pr. Just. de J. & J. & Ulpianus in l. 10. ff. eod. definiant. justitiam universalem an particularem? Aff. de Univers.*
- II. *Utrum Filiusfam. Scto Macedoniano renunciare possit? Neg.*
- III. *An Princeps ex plenitudine potestatis possit subditis res suas auferre? Neg.*
- IV. *Quemadmodum in rerum corporalium usu capione titulo opus est, ita quoque in prescriptione servitutum justus titulus omnino requiritur. Non itaque ad stipulandum sententia Anton. de Padill. ad L. 2. C. de servit. n. 12. & seqq. Bach. ad Tr. v. 1, d. 17. Th. 9. L. b. Franzk. exerc. 5. quæst. 4.*
- V. *In negotiorum gestione nihil amplius quam culpa lata & levis prestanda venit: à quâ assertione divortium faciunt Donell. 15. comm. 15. L. f. & ibid. Hillig. Tim. Faber. Disp. 25. th. 1. L. c. Bach. & Vinn. ad §. 1. Inst. de oblig. quæ qs. ex contr. Jac. Gothofr. ad l. 23. ff. de Reg. Jur. Ungepaar. exerc. 12. quæst. 8. & novissimè Dn. Struv. Syntagm. Jur. civ. exerc. 7. Th. 50.*

VI. *Quam-*

*VI. Quamvis venditor rem precise emptoris face-
re non teneatur, attamen si rei tradenda pote-
statem habet, precise rem tradere cogitur, ita
ut nec praestando interesse liberetur. Dissent-
novissime VVisenbach. p. 1. Disp. II, 37. Th. 2.*

DEO, à quo omnia, sit laus,
honor & gloria seculis
indefinitis.




ULB Halle
005 803 551

3



1017







B.I.G.

Farbkarte #13

Ms. 514.36

JURIDICA

VOCA.

NE

ONE,

M. A.
ctorum ordinis
IDIO

Consultissimi, Ex-

ECKOLTS,

P. Facult. Jurid.

Promotoris sui sum-
tu atatem prosequendi
ni sistit

Berner Annæb.

M. DC. LXV.
rum Petrino.

ERICI HAHNII,

8

